res eorum non compleverit ipso facto exvi inscriptionis presentis per
predictum Andrei Jaworski vel successores eius ad solvendum eisdem Po-
pielowskim posterisque eorum totus quotiens opus fuerit succumbendo
inscribitque se hinc Andrei Jaworski successores super bonis suis omnibus
hanc inscriptionem ad acta terrestria Premisliensia ante decursum unius qua-
rini in hac vel meliori forma verborum transferre et transporta-
re sub vadiosimili viginti quatuor florenorum pecunie monete Polonie
in defectu completionis ad solvendum succumbendo. Pro quibus
vadio et vadiis succubuit quotiens se predictus recognoscens vel suc-
cessores eius eisdem Popielowskim aut posteris eorum ad officium
Castri Premisliensis citare permiserit totus quinque et foro com-
petenti recedendo coram eodem officio, cuius iurisdictioni se successores cum
bonis omnibus quoad respondendum subiicit in primo citationis termino
stare parere ruderere ac pro vadio eodem seu vadiis satisfa-
cere tenetur totus quotiens opus fuerit. Nullum terminum occasione pre-
missorum vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori ac
legalibus quibusvis impedimentis differrendo, interregno minore-
nitateque successorum non tutam ad quietem dictorum non petendo
Panatium Mare et triplici pena vadii non evadendo Motio-
nibus Appellationibus earumque prosecutionibus Evasionibus prescriptionibus
Ac dilationibus quibusvis universis abrenuntiando et nil sibi in auxi-
lium contra premissa omnia assumendo, sive et suorum successorum sub
amissione totius cause vigore huiusmodi vadii et vadiorum quo-
vel quibus solutis utique inscriptioni presenti totus quotiens sit necessarium
satisfacere una cum suis posteris tenetur. Nulla obstante terminis prescri-
ptione quod memoriali firmatum

Fredro quietat Castellanum Premisliensem

Generosus Stephanus Fredro de Plessowicze coram officio et Actis pre-
sentibus Castri Premisliensis personaliter stans. A terris Districtibus iuri-
busque suis quibusvis propriis foroque competenti recedendo, hinc
vero iurisdictioni presenti se successores cum bonis omnibus in toto quo ad actum

et effectum infrascriptorum attinet incorporando et ministerando sanguine
mente et corpore exempto publice ultro recognovit quia a
Magnifico Stanislao Drohojowski de Drohobow Castellano Premi-
sliensi recepit et manualiter tulit summam sexingentorum florenorum
pecunie monete Polonie sibi per eundem Castellanum Premisliensem coram
officio et Actis presentibus Castri Premisliensis in bonis ville Zabloczie he-
reditariis inscriptis et assecuratis. Ratione cuiusquidem receptionis
summe eiusdem ipsum Castellanum et posteros eius de summa predicta
sexingentorum florenorum pecunie monete Polonie ob solutionem sufficienter
quietat et liberum facit perpetue, inscriptionem eandem Castri
Premisliensis cum omnibus eius articulis et ligamentis ad exnunc cas-
sat mortificat et in nihilum convertit, hac sua personali vero
gentione mediante

Idem quietat eundem

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castri Premisliensis Gene-
rosus Stephanus Fredro de Plessowicze A terris Districtibus
iuribusque suis quibusvis propriis foroque competenti recedendo, hinc vero
presenti iurisdictioni se successores cum bonis omnibus in toto quo ad effectum infrascriptorum
attinet incorporando sanguine mente et corpore exempto publice ultro per ex-
pressumque recognovit quia a Magnifico Stanislao Drohojowski a
Drohobow Castellano Premisliensi recepit et manualiter levavit sum-
mam undecim millium florenorum pecunie monete Polonie ipsi per pre-
dictum Castellanum Premisliensem coram officio et Actis presentibus Castri Pre-
misliensis inscriptis in bonis certis in eadem inscriptione nominatis assecuratis
Ratione cuiusquidem receptionis summe prae expresse ad presens levate
predictum Castellanum Premisliensem et successores eius de huiusmodi summa
undecim millium florenorum pecunie quietat et liberum facit perpetuis
temporibus. Inscriptionem vero eandem in actis presentibus contentam una cum om-
nibus illius clausulis articulis et conditionibus ac ligamentis totaque
nexu et vinculis inscriptionis eiusmodi iam exnunc cassat mor-
tificat et in nihilum facit perpetue sibi et suis successoribus ratione pre-
missorum perpetuum imponendo silentium quod memoriali firmatum est